

**INTROIT Hebrews 4: 16**

Adeámus cum fidúcia ad thronum grátiae, ut misericórdiam consequámur, et grátiam inveniámus in auxilió oportúno. (T.P. Allelúja, allelúja.) (Ps. 120: 1) Levávi óculos meos in montes, unde véniet auxiliúm mihi. Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sáecula sáeculórum. Amen. Adeámus cum fidúcia ad thronum grátiae, ut misericórdiam consequámur, et grátiam inveniámus in auxilió oportúno. (T.P. Alleluja, alleluja.)

**COLLECT**

Dómine Jesu Christe, noster apud Patrem mediátor, qui beatissimam Virginem, Matrem tuam, matrem quoque nostram et apud te mediátricem constituere dignátus es: concéde propítius; ut, quisquis ad te beneficia petitúrus accésserit, cuncta se per eam impetrásse lætétur: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sáecula sáeculórum.

**LESSON Isaiah 55: 1-3, 5**

Omnes sitiéntes, veníte ad aquas: et qui non habétis argéntum, properáte, émite et comédite: veníte, émite absque argénto et absque ulla commutatóne vinum et lac. Quare appénditis argéntum non in pánibus, et labórem vestrum non in saturitáte? Audíte, audiéntes me, et comédite bonum, et delectábitur in crassitúdine ánima vestra. Inclínate aurem vestram, et veníte ad me: audíte, et vivet ánima vestra. Ecce gentem, quam nesciébas, vocábis: et gentes, quæ te non cognóverunt, ad te current propter Dóminum Deum tuum, et Sanctum Israël, quia glorificávit te.

**GRADUAL Ecclesiasticus 24: 25-26**

In me grátia omnis viæ et veritátis, in me omnis spes vitæ et virtútis. Transíte ad me, omnes, qui concupiscitis me, et a generatióibus meis implémini.

**LESSER ALLELUIA**

Allelúja, allelúja. Salve, Mater misericórdiæ, Mater spei et grátiae, O María. Allelúja.

*(After Septuagesima until Easter the Lesser Alleluia is replaced by the Tract)*

**TRACT Apocalypse 22: 16-17**

Ego sum radix et genus David, stella spléndida et matutína. Et spíritus et sponsa dicunt: Veni; et qui audit, dicat: Veni. Et qui sitit, véniat; et qui vult, accípiat aquam vitæ gratis.

*(In Eastertide the Gradual and Lesser Alleluia are replaced by the Greater Alleluia)*

**GREATER ALLELUIA Isaiah 60: 4**

Allelúja, allelúja. Leva in circúitu oculos tuos, et vide: omnes isti congregáti sunt, venérunt tibi. Allelúja. Filii tui de longe vénient, et filia tuæ de látere surgent. Allelúja.

**GOSPEL John 19: 25-27**

In illo témpore: Stabant juxta Crucem Jesu Mater ejus, et soror Matris ejus, María Cléophæ, et María Magdaléne. Cum vidísset ergo Jesus Matrem, et discipulum stantem, quem diligébat, dicit Matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce Mater tua. Et ex illa hora accépit eam discipulus in sua.

**OFFERTORY Jeremiah 18, 20**

Recordáre, Virgo Mater, in conspéctu Dei, ut loquáris pro nobis bona, et ut avértat indignatiónem suam a nobis. (T.P. Allelúja.)

**SECRET**

Matris tuæ ac mediátrícis nostræ précibus, Dómine, quæsumus: hæc hostiárum oblátio nosmetípsos, tua grátia largiénte, tibi perficiat munus ætérnum: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sáecula sáeculórum.

**PREFACE OF THE BVM**

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Et te in Festivitate beátæ Maríe semper Virginis collaudáre, benedicere et prædicáre. Quæ et Unigénitum tuum Sancti Spíritus obumbratióne concépit: et virginitátis glória permanénte, lumen ætérnum mundo effúdit, Jesum Christum Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælórúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admitti júbeas, deprecámur, súplici confessióne dicéntes:

**COMMUNION Esther 15: 17**

Valde mirábilis es, o María, et fácies tua plena est gratiárum. (T.P. Allelúja.)

**POSTCOMMUNION**

Subvéniat nobis, Dómine, beátæ Maríæ, Matris tuæ ac nostræ mediátrícis, orátio: ut per hæc sacrosáncta commércia, tua grátia largiénte, ad redemptiúnis ætérnæ proficiámus augméntum: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sáecula sáeculórum.

Let us go with confidence to the throne of grace, that we may obtain mercy and find grace in seasonable aid. (P.T. Alleluia, alleluia.) (Ps. 120: 1) I have lifted up my eyes to the mountains; from thence help will come to me. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Let us go with confidence to the throne of grace, that we may obtain mercy and find grace in seasonable aid. (P.T. Alleluia, alleluia.)

O Lord Jesus Christ, our Mediator with the Father, who hast appointed the most Blessed Virgin, Thy Mother, to be also our Mother, and our mediatrix with Thee: grant that whosoever shall approach Thee for some favor, may rejoice at obtaining all things through her: Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

All ye that thirst, come ye to the waters; and you that have no money, make haste, buy and eat. Come ye: buy wine and milk without money and without any price. Why do you spend money for that which is not bread, and your labor for that which does not satisfy? Hearken diligently to me and eat that which is good, and your soul shall be delighted in fatness. Incline your ear and come to me: hear and your soul shall live. Behold thou shalt call a nation, which thou knewest not: and the nations that knew not thee shall run to thee, because of the Lord, thy God, and for the holy One of Israel, for He hath glorified thee.

In me is all grace of the way and of the truth: in me is all hope of life and of virtue. Come over to me all you that desire me, and be filled with my fruits.

Alleluia, alleluia. Hail, thou Mother of mercy, thou Mother of hope and of grace, O Mary. Alleluia.

*(After Septuagesima until Easter the Lesser Alleluia is replaced by the Tract)*

I am the root and stock of David, the bright and morning star. And the Spirit and the Bride say: Come. And he that heareth let him say: Come. And he that thirsteth let him come; and he that will, let him take of the water of life freely.

*(In Eastertide the Gradual and Lesser Alleluia are replaced by the Greater Alleluia)*

Alleluia, alleluia. Lift thine eyes up round about and see: all these are gathered together; they are come to thee. Alleluia. Thy sons are come from afar and thy daughters shall rise up at thy side. Alleluia.

At that time, there stood by the cross of Jesus, His Mother and His Mother's sister, Mary of Cleophas, and Mary Magdalen. When Jesus therefore had seen His Mother and the disciple standing whom He loved, He saith to His Mother: Woman, behold thy son. After that He saith to the disciple: Behold thy Mother. And from that hour the disciple took her to his own.

Be mindful, O Virgin Mother of God, when thou standest in the sight of the Lord, to speak good things for us, and to turn away His anger from us. (P.T. Alleluia.)

By the prayers of Thy Mother and our Mediatrix, O Lord, we beseech Thee, that the offering of this sacrifice, through the bestowal of Thy grace may perfect us into an eternal offering to thee: Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation that we always and everywhere give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God: and that we should praise and bless, and proclaim Thee, in this feast of the Blessed Mary, ever Virgin: Who also conceived Thine only-begotten Son by the overshadowing of the Holy Spirit, and the glory of her virginity still abiding, gave forth to the world the everlasting Light, Jesus Christ our Lord. Through whom the Angels praise Thy Majesty, the Dominations adore it, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be joined in acknowledging Thee saying:

Truly wonderful art thou, O Mary, and thy face is full of graces. (P.T. Alleluia.)

May the prayer, O Lord, of Blessed Mary, Thy Mother and our Mediatrix, assist us: that through the bestowal of Thy grace, and these most holy mysteries, we may attain to an increase of everlasting redemption: Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.